

chis hunc modum abbas, qui praefuerit, teneat, ut tricenarium numerum quantitatis summa non excedat, donec rerum copia maior succrescat. Episcopus quoque in exigendis muneribus abbatem eiusdem loci non gravet, sed sufficiat ei ad annua dona equus unus et scutum cum lancea. Quodsi in expeditionem^a publicam^b ire iussus fuerit, addantur ei de eodem loco carra duo, alterum^c vini^c, alterum farinae, verveces decem; supra quae in exigendis muneribus vel^d inponendis oneribus^{d. e} nulla^f pro causa^f gravare eos^g praesumat, ne et^h monachi eiusdem cellulae eⁱ huiuscemodi negotio^h a suo proposito^k exorbitare et episcopus causa eorum^l perditionis^l addictus^m sempiternas cogatur luere poenas^m.

Corpora^{*} etiam sanctorum, quae in nostra parroechia conditaⁿ expectant sui beatam inmutationem, a pravis et desidiosis custodibus permaximae negleguntur, ita ut officio, luminariis^o ac debita careant custodia. Quae^p idcirco ob amorem Dei, cui viventes in carne servierunt, et aemolumentum animae nostrae, per voluntatem et licentiam domni ac piissimi regis^q Caroli, quia congruum ad hoc locum invenimus, illo deportanda volumus^r. Sed quia sacra auctoritas in^s talibus et similibus, ne^s ecclesiis Christi per alicuius incuriam scandalum inferatur, multorum episcoporum exposcit consensum, ad vestrae^t paternitatis notitiam haec omnia perferri volumus, quatenus vestra deinceps censura et locus ipse Deo^u favente ordinandus stabiliatur^{u. v} et memoratis sanctorum pigneribus a Dei servis

minime inveniri potuerit (poterit A 2), de eadem parrochia vel diocesi Senonica, consentientibus sanctis coepiscopis eiusdem dioecesis et circumpositis venerabilibus abbatibus, eis preficiendum atque ordinandum procuret.

*) *Pro Corpora* — expostulamus (p. 46 l. 10) *exhibet* A 2: Sic signatum.

a) expeditione A 2. b) publica A 2. c) alterum vini] unum vini W 2. A 1. 2. d) vel — oneribus *desunt* A 1. e) oneribus] honoribus A 2. f) nulla — causa] cupiditatis avaritiaeque causa W 2. A 1. 2. g) eos] nullatenus *add.* W 2. A 1. 2. h) et monachi — negotio *desunt* A 2. i) e *deest* W 2. A 1. k) proposito] cogantur *add.* A 2. l) eorum perditionis] perditionis eorum A 2. m) addictus — poenas] sempiternas luere penas addictus cogatur A 2. n) condita] iamdicta A 1. o) luminaris W 2. A 1. p) quae *deest* W 2. A 1. q) regis Caroli] regis Karoli W 2; Ludovici ac Caroli regum A 1. r) volumus] volumus W 2. A 1. s) in talibus — ne] vetat ne in talibus et similibus W 2. A 1. t) vestrae] vestra W 1. u) Deo — stabiliatur] quod favente Deo ordinandum stabilimus A 1. v) stabiliatur] stabilimus W 2.